ri natali solo conserescere. Quanquam et has stergas
lubens postpono divinae vocationi, quam possum ma-
ximas gratias agens patri nostro coelesti, quod tam
homunculum inopem (ut scis) et pusilli animi segre-
gaverit ab idololatricis illis gregibus, transtulerit
sua potenti manu, ubi animo tranquillo aetatem posse
degere, et procul a vestris carnificibus gloriosi et
magni Dei servatoris nostri Jesu Christi adventum
exspectare. Vale, nam obruunt scribentem negocia
quibus deesse non possum. Bremae Cal. Junii 1566.

Uxorem tuam bene olim de me
meritam saluta ex me in Domino
Tua quoque beneficia quibus me Lo-
vanii fovisti etiamnum animo
meo observata manent, et dum
spirabo manebunt. Iterum Vale.

Johannes Molanus.

70.)

[= Manuscr. a. 7, N. 133]

Bartholomaeo Sceratoni Gerardi fr.

Pax Christi.

Dilecte frater Bartholomaee, recepi nuper in literis
ad patrem obsignandum datis me tibi post aliquot
dies scripturum, quod et nunc faciam. Primum pro
munere pretioso sane et mihi acceptissimo gratias
ago. Nihil lego fere privatim, certe nihil libentius
lego, quam sermonem de Christo, sermonem vitae ae-
ternae. Neque est qui me magis afficiat quam Beza,
proinde non poterat mitti, quod mihi esset gratius.
Exercitium tuum mihi conducet in schola ubi
ejusmodi theses soleo tractare. Simul autem ex eo
non difficulter intelligo id quod in tuis moribus
laudabile est maxime. Te scilicet ut parentis dulcis-
simi necessitatibus obsequeris tua ipsius naturae bel-
lum indixisse. Vere quidem Horat: Naturam licet
furca expellas, tamen usque recurret. Sed ta-
men ille Poëta naturam ut malis affectibus im-
mersa est considerat, neque intelligit qualis natu-
ra fit in regeneratis. Quos Christi spiritus
revinxit. Qui sese ipsi abnegarunt, ut illum do-
minum suum cruciatum sequantur, toti ab ejus
limine pendentes. Qui sibi non credunt, se ode-
runt, secum luctantur, sese ipsos hoc est ter-

nem suam cum omnibus cupiditatibus mortificant paula-
tim et crucifigunt; qui illos molitur quidem natura ad in-
genium reverti, sed alligat eos ad legem justitiae, qui domi-
natur jam in ipsis Spiritus Christi. Cujusmodi a te proxi-
mum vitae esse inceptum hinc facile conspicio, quod quum
ad dispar studium tua Minerva te stimulet, tamen quia
jubet Spiritus Sanctus patrem sequi tanquam Deum, ejusque
consilium habere pro vitae regula: non invitus in tui
patris voluntate acquiescis. Hoc illud est quod omnibus
ad Christum accedentibus occinit Apostolus, Si Spiritu
actiones corporis mortificetis, vivetis. Videlicet ut
vi Spiritus regenerationis quae viget in sanctis, carnis
cupiditates et studia hoc est Naturam quanta est indies ma-
gis ac magis reprimamus. Quare etsi nihil egregium con-
sequuntur quibus non favet Minerva (sit acute disputas et
ornate) tamen quoniam suos impetus Deo natura ipsi
subjiciunt, et Minervam suam illius benedictione metiuntur
non dubium est quin saepe plus juvent se et suos quam
si pro suo modo viverent, et sui astris obsequerentur:
Quam multos possum nominare adolescentes, tum ex mei
praeceptoris schola tum ex nostra, qui nam ingenio prorsus
nati literis, quibus sese addixerant nihil ornamenti neque i-
psis, neque patriae attulerunt, quum alii quos ne minimum quidem
salis habere arbitrabamur honestissimum locum in sua
republica consecuti, privatim et publice tales se gesse-
runt, ut facile intelligas Dei Spiritum esse, cujus favore
et praesidio res utiles et salutares ad umbilicum deducuntur:
Proinde nihil est melius, quam auscultare quo vocet Dominus,
quandoquidem ejus vocationem diffugere idem munus est illi
nervum cogere et Naturae repugnare. Haec mi frater
non eo pertinent, ut tuo ardentissimo studio adver-
ser, nam ipse nuper ea de re ad patrem perbenigne
scripsi: sed haec ago ut te consoler et sublevem prae
nimium angoris animo si te divina providentia,
quae haud dubie paterni consilii moderatrix
est aliorsum trahit, quam ingenii tui generosi-
tas inclinabat. Hanc ordinationem Dei studio-
se debes amplecti ut familiae nostrae fructibilem
et tibi adulterem. De sorore si quid succedet fac
me certiorem, cupio non solum consilio sed etiam
omni studio in quovis loco paratus esse utrami-

cum decet. Hic noster Gerardus vult mitti sibi duos glo-
bos instructos, ad Johannem Winckel up der Warmoes
straten to Amsterdam, si commodum est, adde chartam
unam Europæ depictam. Volsi mercator mittite Ant-
werpiam an Lieven Slachmulder up den Dorpische Strat,
te in den gulden comet. Valeant etiam nunc omnes, ego
vocatus sum à Doctore Alberto ut una colloquamur prius
quam ex hac vita migrem, si Deus volet ad eum ibo. Meus fra-
ter hic est ex Flandria, qui pro me domum servabit. Va-
le et me tibi studiosiss. crede. Bremæ cal. junij 1666.
[1. VI]

Pax Christi.

71. Sicut nuper recepi vir humanissime tabulam lectionum
[= Ms. a. 7 missas, rem sane non magni precii pro summo
Nr. 134] beneficio, quod in me quoque benignissime contu-
listi filiis tuis ego succenseo, quod clam me discesse-
rint, idque nulla satis magna de causa cum vigeant
etiam nunc omnes nostræ lectiones neque ex scho-
lasticis quenquam audivi esse mortuum. Duo Woer-
denses nunc à me dimissi sunt quum in ædibus ancilla
peste ictaesset. Si quid fuit periculi in vicinia fi-
liorum tuorum, oportebit id mihi declaratum
nec ratio discedendi à magistris mihi non proba-
tur. Credo eos magis desiderio suorum aut fuga scho-
lastici laboris abiisse, quam metu periculi impen-
dentis. Quoniam autem jam isthic sunt, et fieri potest
ut contagium hic latius serpat, nolo tibi auctor esse,
ut eos remittas antequam defervescat estus pestis.
Interea domi urgendi erunt ut quæ audita sunt
hactenus assiduè retractent non mediocrem jactu-
ram studiorum suorum facturi, quæ infelicitas
utinam ipsis solis eveniat, ut nos apud curo cu-
rionem nostram Deo clementer nos respiciente
manere possimus. Quod si continget nos dissipari,
cogitabimus nos in communi Saxosicarum schola,
rum fortuna esse. Deus corroboret nos suo Spiri-
tu, ut quæ ipsi placita sunt, faciamus et feramus
constanter usque ad diem exoptatissimi adven-
tus ipsius Amen. Pro tua summa hospitali-
tate gratiam habeo et semper habebo.
Precor filium Dei, ut per Evangelium a-